

Sammelband
quinto

1161

+

- 7 10.) ff. de crimine lese Majestatis
11.) ff. de damnaliti extra matrimonium cohabitatione
12.) ff. de code hominis
13.) ff. de incendiis vi publica et crimine falsi
14.) ff. de crimine repetundarum ff.
15.) ff. de iudicio criminali
16.) ff. de assessoribus iudicii Co.
17.) ff. de procuratoribus et advocatis Jud. Crim.

Wolfgang

I. N. J.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE

NOTARIIS

eorumq;
INSTRUMENTIS,

Quam
Magnifici Jctorum Wittebergen-
sium Ordinis consensu

SUB PRAESIDIO

Viri Nobilissimi & Consultissimi

DN. GODOFREDI *Strauß* /

J. U. Licent.

Fautoris ac Praeceptoris mei ætatem colendis-
simi.

Placido Eruditorum examini submitto

AUTOR

JOHANN. GEORG. *Dillich* / Hertz. Sax.

In Acroaterio Jctorum

ad diem 28. Septembr. 1668.

WITTEBERGÆ, Typis *Johannis Haken*.



2
Illustri ac Generosissimo
Domino
**JOHANNI ERNE-
STO à Renoche /**

in Döber & Briecken / Hereditario Domino &c.
Potentissimi Electoris Saxonæ, Ejusque Serenissimi
Octoviralis Filii, Camerario, ac Consiliario
Aulico eminentissimo &c.

Patrono ac Promotori meo
Summo

Hanc Dissertationem

in obsequii documentum
consecro

Johann Georg Dillich.

I. N. 7.
Præfatio

Memoriæ ad varias oblivionis injurias esse expositam, nemo est qui ignorat & nisi scripturæ ministerio præcipua æternitati consecrarentur, oblivio cuncta deleret, indeq; permulta in commoda promanarent.

Atq; hinc Imperatores constituerunt ut essent, qui auctoritate publica, negotia & acta hominum notarent ac conscriberent, deq; iis publica conficerent instrumenta, quibus postea securè fides adhiberi possit. Qvi ipsi notarii vocantur, eorumq; officium pluribus Imperator Maximilianus in *Constit. von Notarien* declarat his verbis: Aber nach dem nicht allein zu solcher Friedens und rechtens Handhabung/sondern auch anderen mehr/so dem heiligen Reich und gemeinennus angelegen das Ambt der Notarien dardurch die handlungen und willen der menschen damit sie nicht in vergessenheit gesetzt/durch mittel der Schrifft in ewiger Gedächtnus behalten/nuzlich und dienstlich und auch noth ist ic.

Ex quibus verbis utilitas ac necessitas notariorum abundè apparet; ut non frustra me facere existimaverim, si de hac per utili materia sequentes theses, publico examini venti landas, proposuero, secundet cœpta feliciter Deus!

THES. I.

Cum a. in omni rerum tractatione à definitione exordien- dum sit, quæ fundamentum sequentium audit, rectà conferome ad definitionem eaq; est aut nominalis aut realis. In nominali occurrunt,

(1) Etymologia, & derivant plurimi notarii vocem à notis, Nicolaus Stein in *manual. de Notarior. offic. ingen. quest. 9. n. 1.* Olim enim notis seu artificiosis signis celeriter scribebatur, ut colligere licet ex *l. lucius. 40. ff. de Testament: militis. l. Sed cum patron. 6 §. 2. ff. de bonor. possess* & ii, qui hanc compendiarium callebant Scripturam notarii vocabantur, Volkmann in *Notar. rat. part. 1. cap. 2.* Sed hocce genus scribendi, ob varias difficultates, falsitates ac obscuritates plurimas, Imperator

rator Iustinianus sustulit. *arg. l. 1. §. 13. C. de veter. jure. enucleand.*
& hodiè omnis Notarius verba abbreviata obscuraq; signa vi-
tare, ac per literas integras, omnibus cognitatis scribere tene-
tur, *Bartolus in. l. quoties sed sinon. n. 4. ff. de hered. instituend. pag.*
330, Const: Maximil. 1. §. Die Notarien sollen sich auch hüten & c.
Ad nostrum ergò temporum genium melius derivabimus à no-
tando nostrum vocabulum, quod Notarii dicta & acta parti-
um fideliter observent, notent. s. conscribant *d. Const: §. und*
in gemein zu reden & c. Volkmann part. 1. Nicolaus Stein in ma-
nual. de notarior. ostic. in gen. quæst. 1.

THES. II.

(2) Homonymia. Olim enim Notariorum nomen & officium
aliter se habebat ac hodiè, nam tunc temporis officiū eorū erat
vile ac servile. *arg. l. si tibi. 26. C. de pignor. & hypothec. l. mutus.*
43. §. 5. ff. de Procuratorib. & defensor. l. 3. pr. Communia de lega-
ris l. 1. §. 5. C. de cōmuni servo manumisso. Secus se res habet in mo-
dernis notariis, de quibus sermo est, hi enim nō amplius veterē
illam ac vilem conditionem sustinent. *Bartol. ad. l. 3. C. de Tab.*
& scribis. part. 2. p. 65. Sed honorem & dignitatem præ se fe-
runt *l. 1. Cod. de mandatis Principum & Paul. de Castro ad hanc*
leg. n. 3. pag. 28. Novell: 44. Cap. 1. in fine. Id quod & inde patet
quā à summo Principe, qui aliàs dicitur omnium dignitatum
fons & origo, dignitas eorum fluit, & qui à Principe honora-
tur ab omnibus honorandus erit. *l. 4. fin. C. de privileg. eor. qui*
in sacr. Palat: militant. & apertè etiam ex diplommate, quo
Comitibus Palatinis notarios creandi potestas conceditur in-
dem colligitur. Form. talis esse solet. Wir N. N. von Gottes
Gnaden erwählter Römischer Kaysers & c. geben auch hie mit
NN. vollkommene macht und gewalt/ das er in unseren Nah-
men die personen so er dazu tauglich und geschickt achten wird
(welches wir seinen gewissen heimgestellet haben wollen) zu No-
tarien öffentlichen Schreibern und Richtern creiren und ma-
chen solle und möge/ also das dieselbe offene und gemeine Schrei-
ber/Notarien und Richter/ durch das ganze Röm. Reich und an-
dere unsere Erbkingreiche/ Fürstenthum und Lande für solche
gehal-

gehalten/auch aller und ieder Privilegien/Freyheiten/gnaden/
Ehren / und vorthellen / auch ihres Amtes allenhalben /
und in allen gerichtlichen und andern handlungen / con-
tracten / Testamenten / lesen willen/und allen Sachen und
geschäften ihr amt berührende/ gebrauchen/treiben/üben und
nießen sollen und mögen &c.

Ex quibus verbis notariorum modernorum, honor & existima-
tio colligi apprimè potest.

THES. III.

(3) Synonymia. In jure enim multa sortiuntur nomina nota-
rii dum vocantur interdum (1) Tabelliones *Novell 44. l. 14. §. 3.*
C. de sacro sanct. Eccles. Constit. Maximil. 1. §. Es ist auch ein Nota-
rius oder Tabellio &c. seu Tabularii, quod nomen inde accepe-
runt, quia olim ante inventionem papyri in tabulis ligneis, ce-
reis &c. in strumenta scribebantur *Cnaustin. in art. Notar.*
in pr.

(2) Servi publici, non quod sint servi propriè tales & alieno
dominio contra naturã subiecti. §. 2. *Inst. tit. 3. cū tales pro nullis*
imò pro mortuis habeantur. l. quod attinet. 32. ff. de Reg. Jur. Sed i-
deò dicuntur servi, quod omnibus tam pauperib9 quã divitib9,
officio suo serviant, videatur *Bartol. ad. l. general. 3. C. de Tabu-*
lar. & scrib. Constit. Maxim. §. Es ist auch ein Notarius &c.
nach dem er ein Diener des gemeinen nutzẽs &c. *Stein in manu-*
al. de notarior. officio in gen. quest. 9. n. 3. Hoc tamen non gratis
præstare tenentur, sed licitè salarium justum pro opera collo-
cata exigere possunt. *Schneidw. ad. tit. Inst. de ad optionis §.*
cuma. impubes. n. 7.

(3) Judices, *arg. l. 1. ff. de iudic.* Sic & in diplommate suprã ad-
ducto nominantur, nam coram iis, testes recipi ac examinari
possunt, mandatarios constitui & appellatio fieri potest, &c.
Stein in manual. de Notarior. offic. in gen. quest. 9. n. 4.

(4) Librarij, non quod libros describant, sed quod partes con-
trahentes & negotia, quæ coram iis aguntur, diligenter audi-
ant & audita æqua lance pensitent ac librent. *Const.*

Max. §. und ingemein zu reden so sollen die Notarien &c. & s. und in einer Summa &c. Volkman. in Notariat. Cap. 3. n.

(5) *Protocollistæ Exceptores, quod ipsi negotia coram se gesta, fideliter excipiant, protocolloq; suo in sinuent ac deinde in so- lennem formam extendant. d. Constit: Max. §. Förter so be- fehlen wir das ein jeder Notarius geflißen seyn soll zu haben auch nach Ihm zu verlaßen ein Protocoll darin alle und jedehand- lungen so vor Ihm ergangen &c. quod si enim Casu amittatur instrumentum ab ipso confectum, aut si in eo dubium aliquod occurrat tunc ex protocollo Notarii novum haberi, dubiumq; exortum decidi possit. Si autem ipsum protocollum Nota- rius casu furtuito amittat, tunc potest instrumenta edita à par- tibus postulare & ex iis novum protocollum instruere. Con- stit: Max. §. Wo zufälliglich eines Notarii Protocoll. &c. Plu- ra adhuc Synonyma collegit Volkmann in suo notariat. al- leg. loc.*

THES. IV.

Ad definitionem realem devenio, definitur autem Notarius à variis variè, mihi libet eundem secundum Maximil: I. Con- stit: sic definire.

Notarius è Persona publica à superiore le- gitimè ordinata ut de actis hominum pu- blicum conficiat instrumentum.

Percepta jam definitione, confero me ad causam efficientem s. eos qui Notarios creare possunt.

THES. V.

Possunt a. Notarios creare, qui summa regalia & ius cre- andi Notarios habent: ut Imperator. *vid. Wesenbec. Paratitl. de fide Instrumentor. n. 3. Schultz Synops. Feud: Cap. 7. n. 67.* Cu- jus auctoritate Comites Palatini, qui inter alia regalia, ut insi- gnia conferendi, laureâ poëtica donandi, spurios legitimandi, &c. tale jus obtinere, illudq; nomine Imperatoris exercent. *Wesenbec alleg. loc.* Ac tanùm valent Notarii ab his creati ac si ab ipso

ipso Imperatore creati essent; nam quæcunq; sunt Principis
Concessione ab ipso facta esse, censentur, & quod quis per alium
facit per se fecisse putandum est. *Stein in Manual. de Notari-
or. offic. in gen. quest. 8.*

THES. VI.

Materialem causam sistant qui in Notarios creati pos-
sunt, quorum fides cognita est & qui se idoneos ostendunt. *Seo-
tan. in Exam. iuridic. tit. de Notariis.* Hinc omnes ad tale offi-
cium non admittuntur; ac Comitibus Palatinis mandatum est,
ut diligenter considerent, quales ii sint, qui Notarii titulum
ambiunt. *Vid. Diplom. supra adduct.* Inter aliòs autem exclu-
duntur. (1) Imperiti. *Stein in Manual. de notarior. offic. in gen.
quest. 5. n. 9.* Nam Notarii LL. ac iura scire debent & ad mini-
mum ea quæ spectant ad notariatum, ut partes contrahentes de
solennitatibus, clausulis, beneficiis, contractum requisitis, cer-
tificare ac se ipsos à contractibus illicitis abstinere possint. *Const
Max. 1. §.* und in einer Summa so sollen alle Notarien wissen
&c. und sich von denen Contracten und händeln so im rechten
verboten &c. Hinc si imperitè aliquid faciant, puniuntur, ac
parti læsæ ad interesse tenentur. *per. l. 14. §. 3. C. de Sacro Sanctis
Ecles.* Imperitia enim Culpæ annummeratur. *per. l. 132. ff.
de Reg. iur. arg. l. 7. §. final. ff. ad. l. aquil. Schneidovein ad. tit. Instit.
de Obligat: quæ ex delicto pr. n. 6. Constit: Max. §.* demnach sol-
len die Notarien &c. und damit ihre unwissenheit und Schuld/
&c. Et contrahentibus ignorantia ac simplicitas notariorum
non nocet. *arg. l. 20. in pr. ff. de famil: de famil: erciscund. l. ambi-
guitates. 24. C. de Testam: §. quemadmod. Testam ordin: Vigel
Richterbüchl. in Casibus addit: Cas. 96.*

(2) Furiosi & mente capti, quia tales iudicio destituuntur *l. 7.
§. 9. ff. quibus & causis in possess: eatur;* Ac loco mortui habentur.
*l. 2. §. furiosus. ff. de jure codicillor. Bald in. l. humanitatis C. de
sacro Sancti Eccles.*

(3) Qui sensuum vitio laborant, ut sunt cæci, surdi, muti &c.
qui enim neq; partes videre, neq; earum intentionem audire,
nec loqui possunt, quæ tamen requiruntur. *Constit: Max. §. die*

Nota

Notarien &c. und das so sie mit Leibl. Sinnen vermercken &c.
& §. Demnach die verwilligung &c. und alß dann erfordert
die Nothurfft das alle und jede puncten den partheyen &c. Stein
in manual. de Notarior. offic. ingen. quest: 5. ii meritò ab hac pro-
vincia arcentur.

(4) Fœminæ: Sicut enim hæ Notarios creare non possunt ita &
iplæ quoq; notariatus sustinere officium nequeunt, quia virile
officium est, mulieres autem ab officiis publicis removentur. *l.*
Fœminæ 2. ff. de Reg. lur. Stein *in manual. de Notarior. offic. in gen.*
quest: 5. n. 3.

(5) Impuberes: Notarius è Persona publica & ejus scripturæ æ-
què creditur ac duobus testibus. *Fincelthaus. Observat. præf: 117. n. 3. & 10.* Impuberes autem testes esse legibus prohibentur.
l. testium. §. 5. ff. de Testibus. nec habiles sunt impuberes ad jura-
menti præstationem, quod Notarii officii initio præstare te-
nentur, hi insuper debent esse legitimæ ætatis personæ, doctri-
na, judicio præditæ, sed hæc omnia desiderantur in impube-
rum ætate. *l. 1. §. impuberes C. de falsa monet. §. præterea. 2. Inst.*
quibus non est permiffum facere testam. Stein *in Manual. de no-*
tarior. offic. in gen. quest. 5. n. 10.

(6) Infames. Notarius debet esse integræ famæ ac probatæ
vitæ persona, quia officium eorum dignitas est, ut suprâ dict:
at infamia, aliquem ab honoribus, ac à cœtu honestorum se-
gregat & consequenter dignitatis portæ his non patent. *l. 2. C.*
de dignitatibus. Stein *in Manual. d. Notarior. offic. in gener. quest:*
5. n. 4.

(7) Infideles & hæretici, eoq; nomine damnati. *Avib: gazi-
ros C. de Hæret & Manichi. Const: Max. §. erstlich ordnen wir / das*
unter denen Personen &c. Stein *in Manual. de Notar: Off:*
ingen. quest: 5. n. 6. Et insumma omnes ii qui testes idonei esse
non possunt, à Notariatus officio arcentur. *Const: §. erstlich*
ordnen wir &c. Damit nicht die / so darzu im Rechten verbo-
ten &c.

THES. VII.

Forma seu modus creandi Notarios cõsistit in sequentibus
(1) is

(1) is qui sibi vult conferri Notariatum illud petat ab iis, quibus potestas creandi competit, ut sibi hoc officium concedere velint, quoniam autem hi sint patet ex thes. 5. (2) Examinatur an habilis sit ad tale officium sub eundem, sc. an sciat Notariatus artem, materiasque eo pertinentes sc. Contractus, ultimas voluntates & processum, judicialē circa has enim materias potissimum versatur notariatus. Stein in Manual. de notar. off. in gen. quest. 6. de exam: notar: Nā de alicujus habilitate ac legalitate constare debet antequam quis ad tale officium admittatur, illa autem omnia examen manifestat. Hodiē quod dolendum interdum rudes ac indocti ad hoc officium perveniunt & ut aliās dicitur, *tam dignus quam indignus asciscunt ablativum*, sed rei publicæ summo damno. Hinc in Camera imperiali non admittuntur notarii, nisi antea de rigore examinati sint, quod patet ex *Recess. visit: de do. 1560.* Nach dem auch hin und wieder viel Notariēu &c. so sehen und wollen wir das hinfüro keiner an diesen Ketscherl. Kammergerichte &c. Post examen & quando habilis ad hoc officium quis deprehenditur, juramento coram notario & testibus obligare se tenetur; quod instrumenta Contractuum, ultimarum voluntatum, judiciorum acta & in summa omnia, quæ ad notariatum spectant, omni falsitate remota scribere ac tractare velit. *Formul. juramentivid. apud Volkm: Stein in Manual. de Notarior: offic. in gen. quest. 7.* Præstito juramento Notarius Publicus salutatur ac de Notariatus officio, libro aperto val clauso, annuloque aureo, digito applicato ac in super instrumenti scriptoriis, ut charta, penna, atramentario, ac sigillo, quo instrumenta roboret, investitur,

THES. VIII.

Finalis causa seu cur Notarii ordinentur, est ut super negotiis hominum, contractibus, testamentis, actibus judicialibus &c. publica conficiant instrumenta. *Constit. Max. I. S. I.* Dardurch die handlungen und willens der Menschen durch mittel der Schrift &c. *Finckelthaus: observat: pract. 63. n. 16.* Pauca hinc de instrumento differrere animo sedet dicitur autem id ab instruendo. *arg. l. I. ff. de fide instrumentorum. l. notionem.*

B

99. S.

99. §. 2. ff. de Verbor. significat. & variè sumitur vel latè pro omni eo quod causam instruere potest, sive sint testes seu confessio &c. per l. 1. ff. de si de instrumentor. vel strictè pro scriptura l. 1. 3. 15. C. de fide instrumentorum & dividitur in publicum & privatum. Schneidov. ad §. item verborum n. 4. Inst. de in utilibus stipulationib. Publicum est quod publica persona, puta magistratus, vel apud eundem factum. l. final. C. de re judicat. l. 30. l. 31. C. de donationib. vel quod Notarius in forma solenni & probante fecit. l. 17 C. de fide instrumentor. Novell. 44. & 47. Habnius ad Wesenbec. tit. de fide instrumentor. Schneidov. alleg. loc. De privato vid. Wesenbec Paratit. de fid. Instrum. Schneidov. alleg. loc. n. 7. Hoc loco autem sermo est tantùm de instrumento publico per Notarium confecto, certis requisitis & solennitatibus, constante.

THES. IX.

Instrumenti autem hujus requisita & solennitates sunt quæ sequuntur primùm tamen de requisitis agendum (1) autem è, is qui in stramenta facere intendit, Notarius juratus esse debet. Treutl. vol. 2. disp. 5. thes. 2. lit. B. Hinc non valent instrumenta à non Notario confecta. Treutl. eod. loc. (2) Notarius ad confectioem instrumenti rogatus esse debet. Wesenbec. Paratit. de fide instrumentor. n. 5. & ibid. Habnius. Stein in manual. de Notarior., offic. in gen. quest. 7. n. 2. item post quest. 18. n. 2. Bartol. in arth. de Tabellion. n. 1. Treutlerus vol. 2. disp. 5. thes. 2. lit. c. Constit: Maxim: 1. §. und nach dem &c. alle wege darzu gebethen oder erfordert & §. Es ist auch ein Notarius &c. darüber Er gebethen oder erfordert &c. Hinc si non rogatus sed ipse proprio motu negotiis se immisceat suspectum se reddit. arg. l. que omnia. 25. ff. de procuratoribus & defensorib. ac pœnam incurrit. Const. Max. §. Es ist auch ein Notarius &c. ob wohl möchten die selben umb das &c. hinc Notarii instrumentis subscribunt: hierzu in sonderheit requiriret und gebethen &c. Notarius a. rogari debet ab omnibus de quorum præjudicio agitur, nisi voluntate unius negotium expediri possit, ut in Testamento, protestatione &c. Wesenbec. Paratit. de fide instrumentor. n. 3. & de

& de nocte si rogentur, nisi hoc fiat ex causa aliqua urgente, instrumenta conficere illis prohibitum est. *Const. Max. 1. §.* Die Notarien sollen wissen das sie bey Nacht denn allein auß ehe hefften ursachen/ &c. *Stein in Manual. de notarior. offic. in gen. post quest. 18. cautel. 16.* Hinc nec in occulto obscuroq; loco instrumenta facere valent; tenebrae enim fraudibus occasionem facile praebere possunt. Coeterum quando Notarius legitime se rogatum scripsit, tunc censentur omnia legitime facta ac consensu partium gesta quae in instrumentis, posita reperiuntur, *arg. l. 1. C. de erroribus Advocator. ibiq; Bartol.*

THES. X.

(3) Negotium super quod Notarius instrumentum facere intendit licitum esse jure ac consuetudine cujusq; loci debet. *Const. Max. §.* Dem selben nach &c. des gleichen nach inhelt gemeiner rechte oder löblichen gewohnheit &c. alias, quae sunt lege prohibente, in utilia sunt, *per l. 112. §. 3. ff. de legatis. 1. Wesenbec. Paratit. de fide instrumentor. n. 4. & 5.* hinc notariis super contractibus illicitis, instrumenta conficere prohibitum est. *Stein. in manual. de Notar. offic. in gen. quest. 7.* talia autem committens, quia poena afficiendus veniat. *vid. Bartol. ad. l. omnes n. 4. C. de peti. bon. subl. Reichs Absch. de Anno 1548. von wucherl. Contracten &c. Illiciti a: contractus sunt, qui legibus prohibentur sic: v. gr. quando opifices conveniunt, ne quod unus coepit alter perficiat, das was einer angefangen zu arbeiten der ander nicht auß machen dörfse/ quod contrariatur l. unic. C. de monopol. & convent: illicit: negoti.* Item quando prohibent ne unus majori vel minori pretio res vendat quam alter &c. *vid. Schulz ad tit. Instit: de jure Nat. §. & civit: lib. B.* super his & similibus quando notarius instrumenta facit, punitur: *Paul. de Castro ad. l. final. n. 4. C. de Enuchis.*

THES. XI.

(4) Notarius contractus seu negotii naturam & qualitates ac quid insuper ille exposcat bene intelligere, ac testes ubi necesse est debito numero adhibere debet, *Wesenbec. Paratit. de fide instrumentor n. 5. & ibid. Hanus. Const Max, §.* Es sollen

die Notarien &c. und auch von denen gezeugen /dazu sonderlich
&c. Inter testes autem magna differentia est nec omnes indistin-
cte ad testimonium dicendum admittuntur. *de quibus videatur*
fit. ff. & C. de testibus ibiq; Wesenbec & Habniius. Constit: Max. §.
die Notarien &c. sollen auch sehen was leute sie dazu nehmen/
denn viel sind im rechten verbotthen. *Schuln adit. Inst. de testam.*
ordin. lit. G. Propterea ne impugnentur instrumenta, Notarius
honestos & probos Viros in testimonium adhibeat.

THES. XII.

(5) Notarius & habilitatem personarum contrahentium confi-
deret an justæ ætatis, cujus sexus sint. Multis enim cōtrahere nō
est permissū & Notarius instrumenta cōsequēter illis facere nec
potest nec tenerur. Sic Pupillis contrahere non est integrum
sine tutoris autoritate. *arg. l. § 2. ff. de Oblig. & act. l. 41. quod Pu.*
pill. ff. de Cōdict. indebit l. §. 2. ff. d. pecunia constitur. Sic & Prodigis
ac Furiosis interdictum est. *l. §. ff. de Reg. lur. item. l. 40. eod. tit. §.*
2. Instic: quibus non è permis. facere testam.

THES. XIII.

Hæc sunt potissima instrumenti requisita, accedo ad so-
lennitates; ut sunt: (1) Invocatio nominis divini, ubi discrimen
facio interius civile vetus & hodiernum, illo jure, invocatio
nominis divini non de necessitate; sed honestate saltem erat;
unde Imperator justinianus dicit. *l. 2. C. de offic. Pref. Prat.*
quod in nomine Domini nostri Jesu Christi ad omnes actus, o-
mnia q; consilia rectè progrediamur. Item, *Paul. 1. Corinth.*
10. v. 31. Hodie vero instrumentis eandem præmitti debere,
sanctum est, *Constit. Max. 1. §.* und nach dem &c. das in auff-
richtung der instrumenta und ihrer Solennität diese Form ge-
halten/nehmlich daß im Anfang nach anruffüg Göttl. Namens
&c. Darumb setzen &c. *Wesenbec. Paratitl. de fid. instrument. n. §.*
& ibid. Habanius. Srein in manual. de Notarior. offic. ingen. quest.
17. n. 1. Schneidov. ad §. verbor. a. n. 6. Inst. de ia utilibus stipulatio-
nibus. Ungepaur. exerc. 2. ad Inst. ch. 1. Ludvwell Exer. 1. ches. 1. lit. c.

THES. XIV.

(2) Ut & sciatur quo tempore confectum sit instrumentum, po-
nendus

nendus è annus Christi. *Wesenbec. de fide instrumentor. n. 5. & ibid. Habnius Stein in manual. de notarior. offic. in gen. n. 7. Schneidew. alleg. loc. Constit. max. s. rnd nach dem &c. die Jahrzahl unsers heyls &c. Et si annus omittatur tunc invalidum est instrumentum etiam si in Novell. 47. mentio hujus nulla facta est, tamen ob alleg. constit. Max. observari hoc debet, & annus adscribi à notario vid. Bartol. in Avth: ut præpon: Nomen Imperat.*

THES. XV.

(3) Nomen Imperatoris, ejusq; titulus, annusq; regiminis, in instrumentis, poni debent. *Wesenbec. tit. de fide instrumentor. n. 5. & Habnius ibid. Stein in manual. de Notar. off. in gen. quest. 17. n. 4. Schneidewein alleg. loco & hoc ita sancitum est. novell. 47. Constit. Max. s. Darumb so gebieten wir &c. denn Nahmen und das Jahr der Regierung eines Römischen Kaisers &c.*

THES. XVI.

(4) Et Indictio. germ: die zins Zahl. *Novell. 47. Cap. 1. Habn. ad Wesenbec. tit. de fide instrumentor. n. 5. Stein in manual. de notariar. offic. in gen. quest. 17. n. 3. Constit. Max. 1. Schneidew. alleg. loc. Modum autem in dictionem computandi sequentes versiculi antiqui docent:*

Si tribus adjunctis Domini diversiis annos
Ter tibi per quinos: indictio certa patebit
si nihil excedit, quindena indictio erit.

Zur Jahrzahl Christi 3, addir
Die Summ mit 15 dividir.
Was übrig bleibt ist die zins zahl
Das mustu mercken alle mahl
Thut es aber gar auffgehen
Soll 15 für indictio stehen //

v. gr. currenti jam ao. 1668. addo 3. fiunt 1671. nunc divido per 15.
remanet 6. hujus anni indictio.

THES. XVII.

(5) Insuper, mensis, dies hora, instrumentis adscribi debent. *Novell. 47. cap. 1. Wesenbec. Paratit. de fide instrumentor. n. 5. & ibid.*



ibid. Habnius. Stein in manual. de Notarior. officio in gen. quest. 17. n. 5. Schneidew: ad §. verba. a. n. 6. Inst: de in utilibus stipulat: Constit: §. nach dem &c. Mensis ponitur ad majorem declarationem diei; Hora hodiè tamen interdum omittitur, sed tutius è eam adscribere.

THES. XVIII.

(6) Adscriptio loci re reddita adhuc certior è a comnè ambiguitatè excludit. *d. §. und nach dem &c. nec sufficit generalis, sed etiã loci special. addi debet v. gr. hinc Wittebergæ in ædibus NN. ob Constit: Max. §. und nach dem &c. und an welche Orth dasselben &c. Habnius ad Wesenbec. tit: de fide instrument: n. 5. Stein in manual. de notarior. offic. in gen. quest: 17. n. 6. In notis ad Schneidew: tit: de Testam. ord. ait. a. §. verbor. l. n. 6. inst: de in utilibus stipulat:*

THES. XIX.

(7) Nomina Partium ac totam seriem facti vel contractus secundum cuiusvis qualitates clausulas, de jure vel consuetudine necessarias scribere tenetur notarius in instrumento. *Habnius ad Wesenbec. tit. de fide instrument: n. 5. Stein in manual. de Notar. offic. in gen. quest. 14. § 15. Constit: Max. §. und nach dem &c. Dann den inhalt der beschähenen handlung &c. Instrumenti a. de descriptionem notarius interdum aliis committere potest, ob varios occupationes ac alias causas impeditus, sed audientiam, Protocollum & subscriptionem aliis de mandare nequit, ut omnis falsitatis suspicio evitetur. Stein in manual. de Notar. off. in gen. quest: 18 in Cautel. 6. § 7. Novell. 44. Cap. 1. Const: Max. §. und wie wohl vungewohnheit &c. so soll er doch sein protocoll. &c. Et si ab alio descriptum sit instrumentum in subscriptione de tali descriptione mentione facere debet. Stein dict. loco. n. 8. § 9. Constit: alleg § oder wo es einigen zu fals &c. davon in der subscription meldung &c. Sic & quando in instrumento, rasuræ verba interlinearia à quibus tamen abstinendum, occurrunt in subscriptione etiam de illis mentionem facere debet notarius & sic creditur instrumento. Bartol. in l. 1. §. 11. si rose. n. 3. ff. de bonor. posse secundum tabul. Constit: alleg. §. Die Notarien sollen &c. aliàs instrumentum suspectum fuerit,*

THES.

THES. XX.

(8) Notarius, nomina accognomina testium quoque adscribere instrumentis debet, ut fidem habeant. *Const: §. und nach dem von gemeinen rechten &c. Wesenbec. Paratitl. de fide instrum: n. 5. ibid. Hahnig. Stein in man. de Notar. off. gen. quest: 17. n. 7.* Hinc quaeritur an ipsorum testium subscriptiones in instrumentis necessariae sint? Negativa patescit ex *l. donationibus. 31. C. de donat. Paul. d. Castro. in pr. l. contractus. 17. C. de fide instrumentor. nisi tamen in aliquibus casibus, lex vel consuetudo aliud exigat ut in Testam: solenni. l. 21. 29. C. de Testam.*

THES. XXI.

(9) Notarius instrumentum, sive ab ipso, sive ab alio descriptum, subscribere. *Stein in manual. de notar. offic. ingen. quest: 17. n. 8. item post: quest: 18. (aut. 19. Ac sigillum notariatus apponere tenetur Wesenbec. Paratitl. de fide instrumentor. n. 5. & ibid. Hahnig. Bartol. in l. 5. §. initium ff. de pactis, Constit: §. und nach dem &c. und zu zulezt das signet und unterschrifft &c. ac non valent instrumenta, nisi subscriptio ac Sigillum notarii ad sit. Paul. de Castro. ad. 1. testium §. si quis. n. 3. ff. de Testam.*

THES. XXII.

Materia in qua instrumenta scribuntur; olim varia fuit hodie tamen scribuntur in Charta pergamena ob *Constit: Max. §. Die Notarien sollen auffsehen &c. auff Pergament und nicht pappier; Verum de consuetudine tam in charta pergamena quam papyro scribuntur. Hahn. ad Wesenbec. tit: de fide instrumentor. n. 4. & 5. Schulz. in Synops. Inst: ad tit: de Testam. ord. lit. E.*

THES. XXIII.

Instrumentum omnibus numeris perfectum notarius partibus petentibus edere tenetur. *§. Es mögen auch die Notarien*

&c.

&c. und demselben so sie gebethen &c. editum fidem facit sine
alieno adminiculo. *Stein in manual. de notarior. offic. in gen.
quest: 4. ubi dicit; das die Schrifften der Notarien un wie
der sprechlichen glauben haben &c. Vi f. Wesenb. ad tit. de fide in
strumentor. ubi pluribus hac de re agit. Finckelhaus. observat. pract:
116. n. 17.*


THES. XXIV.

Ultimò videamus contraria, seu quomodo officium nota-
tus tollatur, & quia aliàs nihil tam firmum quod non solvi pos-
sit. *Cap. 3. novell. 22. sic solvitur Notari atusq; vel morte tabellio-
nis, mors enim omnia solvit, sed tamen instrumenta, quo ad
huc vivus confecit valent c. 2. X. de fide instrumēto a. secundo tol-
litur & interdictione officii ob delictū aliquod commissū & ad hoc
sufficiens v. gr. si falsum hoc è veritatis in alterius præjudicium
dolo malo immutationem, quod fit vel factò, scripto, vel dicto,
committat. Hic filum ab rumpo, & quamvis exactiorem,
hoc thema tractionem desiderasse non ignorem temporis tu-
ratione exclusus, omnia exactè elimare non potui:*

*Illa tamen quin potius in aliud commodius
tempus differo.*

Tibi verò Omnipotens
Deus sit Gloria!





~~1742~~ 6 gl.

8




AB: 153595

X2617270

R

Vb 17



I. N. J.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE

NOTARIIS

eorumq;
INSTRUMENTIS,
Quam

Magnifici Jctorum Wittebergen-
sium Ordinis consensu

SUB PRAESIDIO

Viri Nobilissimi & Consultissimi

DN. GODOFREDI *Strauß* /

J. U. Licent.

Fautoris ac Praeceptoris mei aetatem colendis-
simi.

Placido Eruditorum examini submitto

AUTOR

JOHANN. GEORG. Dillich / Hertzsb. Sax.

In Acroaterio Jctorum

ad diem 28. Septembr. 1668.

WITTEBERGÆ, Typis Johannis Haken.

